Magnifici Laskowski Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitaneatus Zvanensis personaliter comparens
Generosa Krupska filia olim Generosi Adami Mosedski consors legitima
Generosi Adami Radzikowski cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis
personali assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore
existens palam ac libere recognovit Quia ipsa Magnificum Stanislaum Lasko-
wski Castellanum Varsaviensem de summa Quingentorum florenorum polonicorum resi-
duitatis maioris summae Trium millium florenorum polonicorum sibi respectu dotis
de bonis Kamionka Tybory et alys eo adiacentibus per Generosum Gabrie-
lem Filibicki inscripta et assecurationem per eundem Magnificum
Laskowski Castellanum Varsaviensem satisfactionem quietat et li-
berum facit et de eisdem bonis condescendit nihil sibi ex eadem
inscriptione reservando. personali sua recognitione mediante.

Luba Cessio

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitaneatus Zvanensis personaliter compa-
rens Nobilis Stanislaus filius Christophori Brzezinski sanus mente
et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Generoso Joanni Casimiro
Luba exactori Terrae Bielsensis in Lubino Zodafi et ecclesiastica hered.
ac ipsius legitimis successoribus de omni et integro iure suo seu inscriptione
certa sibi recognoscentem per Nobilem Hedvigem filiam olim Martini Brze-
zinski consortem Stanislai Folwark Truskowski cum eiusdem mariti et
Nobilis Martini Brzezinski fratris patruelis personali assistentia et con-
sensu praesentaneo super omnia bona mobilia et immobilia inhered.
hereditarie consistentia ipsam quocunque iuris titulo spectantem Coram
actis praesentibus certa secunda post dominicam Rogationum anno prae-
senti modo perpetuae donationis facta et recognita prout eiusmodi
inscriptio in praemissis latius obloquitur cum omnimoda potestate
eiusmodi inscriptionis sua ac parata intromissione possessione tuitione
et ligamentis in originali inscriptione contentis omnibusque utilitatibus in eisdem
bonis nunc et ab antiquo consistentibus accepta sua sufficienti satisfactione
cedit et de eisdem bonis condescendit omneque et integrum ius suum
sibi ad praemissa serviens in personam ipsius et eius successorum
plenarie transfert et transfundit intromissionem illi exnunc cum pa-
cifica possessione per ministerialem et nobiles duos officio acceptandam admittendo.

Plonski Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castren. Capitaneatus Zvanensis personaliter
comparens Nobilis Albertus olim Felicis Jablonowski de Jablonowo
Wypichy heres sanus mente et corpore existens palam ac libere reco-
gnovit Quia Nobilem Joannem olim Gregorii Plonski in Plon-
ka Strumienska de vulneribus sibi per eundem illatis et Coram
actis Terrestribus Tykocinensibus inscriptis ac toto processu
causae huius ob praestitam sufficientem satisfactionem
vulnerum quietat emittit et obductionem vulnerum cum
processu cassat perpetuis temporibus